milibus audito q̄ dauid cum suis esset in engad-
di accessit illuc vt caperet eū. ⁊ cum in via posit⁹
intrasset quandā spelunc̄ ad requisita nature et
in interiori parte eius esset dauid cum aliquibus
instigatus fuit ab eis vt occideret saul. qui noluit
sed occulte solū p̄cidit oram clamidis ei⁹. Egres-
so aūt saule de spelunca ⁊ ꝓsequente iter. Dauid
clamauit post eū declarans quō potuerat occide
re eum. ꝓquerens de iniusta ꝓsecutōne eius. ¶ Qō
audiens Saul cum lachrymis ꝓfessus est se male
fecisse. ¶ Jn.xxv. mortuū samuelē oīnis israel lu
xit eum. Dauid aūt audito q̄ Nabal faceret ma-
gnum ꝓuium in monte carmelo tondendo gre-
ges multos ouū quas habebat. misit ad eū nun
cios vt sibi ⁊ suis mitteret de ꝓuio. qui noluit:
sed dura ⁊ iniuriosa locutus est eis ꝓpter que da
uid iratus ex verbis illius disposuit cum suis ire
ad occidendū eum. Sed abygail vxor dicti Na-
bal pulcra ⁊ prudentissima. ꝓpiens duriciaꝫ vi-
ri sui. ip̄a cum asinis onustis reb⁹ cōmestibilibus
iuit ad dauid ⁊ obuiatus ei in via: obtulit omnia.
rogans vt parceret viro suo de illa inhumanita-
te. ¶ Qō et fecit pacatus verbis eius. Ipsa aūt re-
uersa cū nunciasset viro suo piculuꝫ mortu⁹ est ex
timore. Et dauid accepit postea abygail in vxo-
rem suam. ¶ Jn.xxvj. Saul cū nunciantibus ei
zypheis uenisset i desertum zyph. cum exercitu vt
caperet dauid: dormientib⁹ cunctis de nocte. Da
uid intrauit secreto cum abysai tentorium Saul
⁊ cum posset occidere eū suggerente ei hoc Aby-
sai noluit: sed arrepta hasta et cypho qui erat ad
caput saulis: recesserūt nemine aduertente. Elon
gatus aūt clamauit dauid ad abner arguens eos
de negligentia custodie dñi sui: ⁊ quō intrauerāt
in tentoriū saulis ⁊ potuit occidere. ¶ Qō audiens
saul ingemuit: se accusans et illum laudans.
¶ Jn.xxvij. dauid ne incideret in manus saulis
ꝓsequentis eum iuit cū suis ad regem achis geth
peteus ab eo mansionem in vna vrbiū suaꝝ. qui
ei dedit sicelech. ⁊ cum Dauid frequenter faceret
ſtragesꝫ p̄redas de philisteis: dicebat achis regi
q̄ illa feciſſet ꝓtra ꝓp̄m israel. ¶ Jn.xxviij. ꝓgre-
gati sunt philistiim in p̄lium ꝓtra israel. ⁊ saul cuꝫ
suis venit in gelboe. qui timens castra philistiim
cum non posset habere responsum de euentu bel-
li nec p̄ ꝓphetas nec p̄ sacerdotes accessit ad phi
tonissam in habitu tranſformato. ⁊ suscitare fecit
p̄ artem suā samuelem iam mortuū. qui predixit
ei in bello ip̄m cum filiis occidendū ⁊ israel debel
landū. Utrum aūt fuerit verus samuel qui appa-
ruit vel dyabolus in forma eius: habes.xxvj. q.
v. Nec mirū. ¶ Jn.xxix. ꝓgregatis philisteis cuꝫ
satrapis suis inter quos erat achis rex geth. cum
vidissent satrape dauid cum suis hebreis esse cuꝫ
achis: ꝓquesti sunt opinantes q̄ nō fideliter age-
ret: sed fraudulenter ꝓtra eos vnde mandauerūt
achis q̄ remitteret eum ⁊ non esset cum eis in p̄e
lio qō ⁊ fecit subito. ¶ Ju.xxx. dauid reuertens
in sicelech inuenit eam succensam ab amelechit⁹:
qui ceperant eam ⁊ duxerant sbam eius ⁊ vxores ⁊
filios dauid ⁊ ceteroꝫ. turbatus exercitus voluit

Dauid lapidare: sed ꝓfortatus a dño dato sibi re
sponso a deo q̄ irruens in eos ipsos caperet: pro-
cessit ꝓtra eos. ⁊ a quodā egyptio seruo cuiusdaꝫ
ex amelechitis qui p̄dam fecerant inuento in via
p̄ debilitate a dño suo dimisso ⁊ fame periclitante
post refocillatōnem edoctus de via illoꝝ amale-
chitaꝝ: cum ipso irruit sup eos: ⁊ ipsis deuictis om
nia reportauit ablata. Et dedit p̄tem p̄rede ducē
tis qui lapsi substituerāt ad custodiendas sarcio
las: ¶ Jn.xxxj. Saul ⁊ tres filij. s. Jonathas ami
nadab ⁊ melchisue: interfecti sunt in bello i mon-
te gelboe a philisteis: ⁊ saul vulneratus ab eis ir
ruit sup gladium suū vt se occideret. cū non ex to
to esset mortuus. p̄cepit cuidam seruo suo amale-
chite ibi ꝓpe eū exstiti vt ex toto occideret cuꝫ. qō
⁊ fecit: ⁊ tot⁹ isrl fugatus ⁊ debellatus est.

In secūdo libro §.I.

Regū in.j.ca. habet. q̄ iuuenis ille Amalechita
qui ꝓcucurerat occidere saulē ad p̄ces eius. venit
ad dauid hoc ei significans q̄si bonū nunciū: pro
pter qō dauid dolens fecit euꝫ occidi: fleuitq̄ da
uid cum suis sup morte saulis ⁊ ionathe ⁊ alioꝝ
de pl̄o israel. scinderūtq̄ vestimenta sua ⁊ ieiuna-
uerūt. ¶ A saule itaq̄ ceperūt tempa regū ⁊ a sa
muele tempa noiatoꝝ ꝓpharꝝ. Et viuente samue
le saul regnauit annis. xv ij. ⁊ eo mortuo duob⁹
In morte aūt saulis terminat tercia etas habēs
annos nongentos. ¶ Hui⁹ temp̄ib⁹ putat fuisse
homerus apud athenienses ꝓ insano habit⁹: eo
q̄ deos inter se belligerasse diceret. hic vt āiūt le-
uem nescio quā questionē a nautis sibi ꝓpositaꝫ
non potuit explicare. a quib⁹ cum impudentius
⁊ ꝓtractius derideret vir verecundi ingenij qua
si toxicato cōfusionis iaculo pfossus ad mortem:
spiñ exalauit. vt refert Valerius. Qō de plato-
ne asserit flauianus in libro de vestigijs p̄horum
zenophontinos aduersus platonis gloriā cōfin-
xisse fuerūt qui homerū platoni sinonimuꝫ fuisse
putauerūt. ¶ Hoc temp̄ib⁹ duo regna inuitū ha-
buerūt. s. lacedemonioꝝ ⁊ corinthioꝝ. Et fm eu-
sebium in cronicis anno. xv. regni saulis p̄m⁹ la
cedemonie regnauit euristeus post quē octo suc-
cessiue regnauerūt: quoꝝ vltimus dictus est thal
chamenes sub quo defecit dictum regnum anno
xlix. regni Ozie regis iuda. ¶ Eo eciam tempo-
re. s. anno. xv. regni saulis: p̄imus corinthi rē-
uit alethes. post quē regnauerūt successiue decez
reges horū vltimus dictus est theleſtes sub quo
reges corinthioꝝ defecerunt. anno scalz. xlij. regni
Ozie regis iuda.

Titulus terci⁹. de quar
ta de etate mundi. Capitulum p̄imū.

Quarta autez etas
inchoat in dauid: ⁊ durat ad transmi
grationem p̄ annos. cccclxxxiij. fm he-
breos. ⁊ fm. lxx. interp̄retes plus vno. Qui Da-
uid p̄imus regnauit de tribu iuda apud hebre-
os annis. xl vij. in ebron sup tribū iuda. ⁊. xxxiij.

sup totum israel. Inchoat autem quarta etas in dauid. nō q̄ primus regū: sed q̄ primus regum de tribu iuda. qñ ei fuit facta expressa ꝓmissio ō xp̄o nascituro de tribu iuda. Hesta e⁹ habent̄ per totum ſm libꝝ regum. qui breuissime hic ponet in sba. Unde in. j. ca. scōi regū habet q̄ dauid audita morte saulis luxit cum suis: ꝛ ieiunauit ꝛ instituit carmē lugubre. ¶ In. ij. ca. Dauid ex cōsilio dñi ascendit cum suis in ebron: ibiq̄ inunctus est in regem solū sup tribum iuda. ꝛ hisboseth filius saulis opante abner auunculo ei⁹ factus ē rex sup alias: xj. trib⁹ israel: qui regnauit duobus annis. Congregatis autez exercitu dauid sub ioab principe exercit⁹ eius ꝛ abner principe exercitus hysboseth ex ꝓmuni assensu. xij. ex vna parte. et xij: ex alia luctauerūt adinuicem: ꝛ alter alterum occidit vno ictu. Fugientibusq̄ his qui erant cū Abner: asael germanus ioab psequens abner nolensq̄ ad p̄ces eius omittere psecutionē: demum fuit p̄cussus asael ab abner in inguine auersa hasta ꝛ mortuus est. ¶ In ca. iij. q̄ facta est lōga cōcertatio inter domū saul ꝛ domuz dauid: Dauid pficiēs ꝛ semp seipso robustior: domus autē saulis decrescens quotidie. Nati sunt aūt Dauid in ebron primogenitus ammon. scōs cheliab. tercⁱ⁹ absalon. quartus adonias. ꝛ alij de pluribus vxoribus. Abner aūt qui regebat domū hysboseth redargutus ab eo q̄ cognouerat ꝓcubinam saul indignatus cōtra eum accessit ad dauid ꝛ pmisit ei plin totum israel reducere ad subiectōnem ei⁹ Q̄ō cū tractare disponeret reducta vxore dauid scz michol ad eum. Joab ꝑditorie occidit ipsum abner in vltōnem fratris sui asael. Q̄ō dauid displicuit ꝛ fecit eum honorabiliter sepeliri: assocīās cadauer cum suis lugens ꝛ ieiunans ꝑ morte illius. ¶ In ca. iiij. hysboseth iacentez in domo sua duo principes latronū rechab ꝛ banaa ingressi latenter domū dormitante ostiaria domus interfecerunt: caput eius portantes dauid in ebron qui fecit eos suspendi. ¶ In ca. v. Uniuerse trib⁹ israel vnxerunt dauid in regem sup totum isr̄l: qui cum suis cepit irlin que occupabat̄ a iebuseis: p̄mus ascendens in arcez syon fuit ioab. ꝓpter q̄ō fuit factus princeps exercitus: Et in syon edificauit dauid habitatōnē suā missis sibi artificibus ꝛ lignis ab hyrā rege tyri. Natiq̄ sunt ei in hierusalem. xj. filij. sumens sibi plures vxores: et inter alias bersabee ex qua habuit salomonē. q̄ō intelligitur factum ex dispensatōne dei de pluralitate vxoꝝ. bis aūt bellum exercuit cōtra philisteos et deuicit eos ꝛ fugauit. ¶ In ca. vj. Dauid cū magna solennitate faciebat reducere archam domini in hierusalē. Sed q̄ p̄cussus est Oza a domino eo q̄ temere retinuisset archam inclinatā a bobus recalcitrantib⁹: posuit eam in domū obededon. Sed post tres menses iterum ordinauit reduci in hierusalem. q̄ō ꝛ fecit cum plurimis victimis in via ꝛ musicis instrumentis. ꝛ dauid cū populo saltabat corā ea ꝛ pulsabat organa nudus. Quem videns michol vxor eius p̄ fenestram despexit: ꝛ cum intranti domū suam ipsa hoc ei improperaret. Rūdit ꝓtemnendo verba eius. ¶ In ca. xv. ꝛ xvj. primi paralip. habet q̄ dauid fecit leuitas ponere archam in tabernaculo q̄ō ei paranerat. et ordinauit qui deseruirēt in tabernaculo ex leuitis corā archa in offerendo sacrificia ꝛ laudando deū. vt pulsandō in diuersis generib⁹ musicorum vt tubis organis ꝛ cymbalis. vnde a dauid inuentus est primo de cantatio vsus diuinor officior in ecclesia. ¶ In ca. vij. Dauid ꝓsulente Nathan ꝓphetam de templo dño ꝓstruēdo. Respondit nathan vt faceret q̄ gratum hoc deo esset. Sed dñs locutus est nathan vt insinuaret dauid ex parte sua q̄ non ipse edificaret sibi domū. id est templū: sed filius eius. s. salomon: ꝛ ipse eēt sibi in patrem ꝛ ille in filium: ꝛ regnum eius stabiliret in eternum. Q̄ si delinqueret eum corriperet sed misericordiā ab eo nō auferret. Sup quo Dauid magnifice deo gratias egit. ¶ In ca. viij. dauid debellauit philisteos quib⁹ erat israel factus tributarius. pcussit etiam moabitas ꝛ Adadezer regem Soba. ꝛ siriam fecit tributariam ꝛ ammonitas ꝛ ydumeos. p̄dam q̄ auri: argenti ꝛ eris reseruauit. ꝓstructōne templi faciebatq̄ iusticiaz omni populo. ¶ In ca. ix. dauid audiens miphiboseth filium ionathe filij saulis supstitem. eē qui erat claudus vtroq̄ pede. fecit eum ꝓmensalem suum. ꝛ restitui fecit ei oīs possessiones Saulis. mandans sibe seruo saulis q̄ ipse cum filijs suis seruirent ipsi miphiboseth. ¶ In ca. x. Dauid audita morte naas regis ammonitaꝝ amici sui: misit oratores ad ꝓsulandū annon filiuz eius super morte. Qui ānon dehonestauit illos oratores radens eis mediā barbam ꝛ precidens vestes vsq̄ ad nates. Consilio ductus ad hoc alior dicentiū q̄ non ad ꝓsolandū missi fuerant: ſ ad explorandum. Q̄ō audiens dauid ꝓgregato exercitu misit ioab ꝓtra ammonitas in plium. ¶ In capitlo. xj. de adulterio ꝑpetrato a dauid cum Bersabee vxore vrie ꝛ cōceptu eius. Q̄ō dauid volens occultare: misit ꝑ Uria fideliter cum ioab pugnante ꝓtra ammouitas. ꝛ cum nō posset ei suadere vt ad domū iret ꝛ vxorem cognosceret: misit ꝑ eum epl̄as ad ioab vt poneret dictū Uriam in prelio in loco piculoso vt occideret̄: q̄ō ꝛ factū est. Et illo interfecto. s. vria dauid berſabee duxit vxorez q̄ pepit ei filiū. ¶ In ca. xij. nathā ꝓpha missus a dño redarguit dauid de adulterio ꝛ morte vrie loquēs sb̄ ꝓpabola diuit⁹ q̄ occiderat ouē pauperis vt pararet hospiti ꝓuiuiū. Quo ꝓfitēte hūiliter pctm̄: dixit. dñs trāstulit pctm̄ tuū. Unde ꝓpter hoc suscitaret ei malū de domo sua. Et hoc fuit psecutio absalonis ꝛ ꝓiuratio ꝓtra eū. Dauid āt orante et ieiunāte ꝑ puulo nato ꝛ infirmato vt sanaret̄: audita morte surrexit ad comedendū. Exinde nat⁹ est salomō ei ex bersabee. p⁹ q̄ dauid accessit cū exercitu ad capiendā rabath ciuitatē ꝓncipalē āmonitaꝝ occisis plurimis. ¶ In ca. xiij. āmon prīogenit⁹ dauid philocapt⁹ ꝛ infirmat⁹ ex amore ad thamar sororem suā. ex pte p̄is visitat⁹ ab ea: vi oppressit eā. ꝓpter q̄ō absalō simulata iniuria post biennīū faciēdo tondē greges suos inuitauit oēs

fratres suos ad conuiuiū & in ipso occidi fecit āmon
ꝯseruis suis: & fugit ad regem iessur. In capit.
xiij. ioab misit mulierē viduā thecuitē ad dauid
vt simularet se hre cām talem. s. q vn⁹ filioꝝ suo-
rum occisus fuerat ab altero. ꝓpter qđ querebaꝫ
ad mortē petēs miscōiam ab eo ne occideretur. et
causam reduxit ad Absalon vt illi parceret. Qđ
intelligēs dauid ꝓcessisse hoc a ioab reuocare eū
iussit ab exilio. Sed reuersus in hierusalē cū nō p
mitteret dauid vt videret faciem eius: fecit veni-
re absalon ad se ioab p ꝯbustionem segetum agri
eius & posuit eum mediatorem ad recōciliandū
dauid patrē vt possit eū videre. qđ & obtinuit.

In ca. xv. absalon adulatōnibus varijs traxit
ad se beniuolentiā isrl. Et facta ꝯiuratōne ꝑ pfez
dixit ei q ibat in ebron ad explendū quoddā vo-
tū suū. & ꝯgregata secū maxia multitudine israel
& achitophel fact⁹ē rex in ebron. Quo audito da
uid cū suis fugit de irlm. & sacerdotes q eū seque-
bant cū archa dñi. remisit iu ciuitatē irlm. similit
cusi amicū suū ut destrueret cōsiliū achitophel.

In ca. xvj. absalō ingressus irlm de ꝯsilio achi
tophel: ingressus ē cora ꝓlo ad ꝯcubinas patris
Dauid aūt fugiente p montes cū suis: occurrit ei
siba ser⁹ saulis cū iumentis oneratis ꝯmestibilib⁹
ad reficiendū offerēs: q falso accusauit miphibo-
seth q noluisset occurrere ei. ꝓpter qđ dauid oīa
bona ei⁹ dedit sibe. Occurrit etiā ei semei maledi
cens dauid & ꝯtra cū lapidē iaciens. Et cum aby
sai voluisset ire ad occidendū eū: nō pmisit dauid
patienter ferēs iniuriā vt dñm placaret. In ca.
xvij. absalon querēs ꝯsiliū quid eēt agendum di
misso ꝯsilio achitophel de ducēdo exercitu cōtra
pfem vt caperēt eū: secut⁹ē ꝯsiliū cusi qđ fuit ī cō
tractariū sub specie q melio⁹ possent cape eū p⁹ ali
qđ tps. Et vtrūq ꝯsiliū p sacerdotes abyathar &
zadoch fuit intimatū p filios eoꝝ. Achitophel au
tem se suspēdit. Berzellai galaadites & q̄daz alij
refecerūt dauid & suos fessos. In ca. xviij. Or-
dinato ꝑlio dauid diuisit exercitū suū in tres par
tes. & cū vellet cū eis ire in ꝑlium nō pmiserūt. ꝑ-
cepitq; dauid vt absalon reseruarēt. Sz deuicto
exercitu absalonis cū ipse fugeret mule insidens
remāsit suspēsus p capillos ī ramis quercus. Qđ
cū quidā nūciasset ioab: ipse tres lanceas in eum
iaciēs occidit. Cū aūt cusi iuisset ad nūciandū da
uid amarissime lugebat mortez absalonis. In
ca. xix. cū dauid lugeret filium: ioab ingressus ad
eū rephendit. admonēs vt ꝓcuraret reductionez
ꝓpli ad se: al's null⁹ remaneret cū eo. Qđ fecit per
abyathar & zadoch q̄ ad tribum iuda. ꝓmittēs
amase q fuerat princeps exercit⁹ absalonis q face
ret eū principē suū p ioab & ꝫ vt reduceret israel
ad sui obiam: ꝫ & semei occurrēti sibi & petēti veni
am de iniuria illata pepcit. Et miphiboseth veni-
enti ad eū & se excusanti q nō potuerat ire cū eo:
statuit vt possessiones suas diuideret cū siba pro
medietate. In reductōne aūt dauid regis & reco-
gnitōne dominij ei⁹ ꝓtendebāt adinuicē trib⁹ iu-
da: & alie trib⁹ isrl. In ca. xx. Quodaz pessimo
viro noīe siba ꝓsonante buccina & dicēte. Nō est
nobis pars in domo dauid: scisma fecit & separa-
tos est israel a iuda. Sed ioab & abysai cum exer
citibus ꝓsequentes siba discurrentem p ciuitates
ad sequendū eum: demū obsederunt eū in abela
ciuitate. Liues aūt abscindentes caput sibe: mise
runt p muros ipsi ioab. Qui dimisit obsidionem
prius tamē in via ꝓditorie interfecerat Amasa q̄
debebat institui princeps exercitus p ioab. In
ca. xxj. Orta fame in israel p trienniū durante da
uid ꝯsulenti super hoc dominiuz: reuelauit hanc
euenisse ꝓpter occisionem factam a saule de Ga-
baonitis ꝯtra iuramentū eis ꝑstitum a iosue. Et
ꝓpter hoc ad requisitōnem gabaonitaꝝ Dauid
dedit in manus eoꝝ duos filios saulis & ꝯcubinā
& quinq; filios filie saulis. qui eos crucifixerunt.
Quo facto repropiciatus est domin⁹ israel. Mi-
phiboseth aūt pepcit dauid ꝓpter iuramentū ꝑ-
stitum patri eius ionathe. Exinde narrat de tri-
bus bellis gestis ꝯtra philisteos quosdam gigā-
tes. & de quarto iu quo cum vnus ꝓcussisset Da-
uid: abysai defendit eum. & amplius nō pmiserūt
Dauid accedere ad bellum ne occideret. In c.
xxij. Canticum habeť qđ fecit dauid cū fuit libe-
ratus de manu saulis. qđ est ps̄. xviij. s. Diligam
te domine fortitudo. In cap. xxij. De triginta sep-
tem fortissimis viris in bello qui erant cum da-
uid: et p ceteris tres fuerūt qui desideranti dauid
aquā ō cisterna bethleē vbi erāt philistei: p medi
um hostiū transeūtes hauserūt aquā de cisterna
illa: afferentes eā dauid: q̄ noluit bibere. Faci
ente dauid numerare populum subditum p ioab
ex supbia in ca. xxiij. & vltimo. ꝓpter peccatum
istud missus est a dño angelus ad vandū sibi op-
tionem eligendi vnū ex tribus. aut famem ī isra-
hel septem annis: aut trib⁹ mensibus ꝓsecutionez
& fugam ab hostibus: aut triduo pestem in popu
lo. Qui elegit vltimū vnde infra triduū mortui
sunt ex peste. lxx. milia. Et cū vidisset Dauid an-
gelum extendentē manū ad ꝓcutiendū hierusalē
rogauit dauid vt magis ꝓcuteret familiā suam &
se q̄ peccauerat. Placatusq; dñs: ꝓhibuit ange-
lo ꝓcussuram. Et dauid ex mandato dei per Na-
than empto ꝑdio a reuna iebuseo in area vbi vi-
derat angelū: edificauit altare dño: vbi postea fa
ctū est templū. In ca. xxij. & p sequētia ca. vsq;
ad. xxix. & vltimū capl'm. i. Palip. agit q̄ dauid di
xit filio suo salomoni puulo quō disposuerat ipse
templū dño edificare: ꝫ dñs ꝓhibuit: q̄ multuz
sanguinē in bellis fuderat sed fili⁹ ei⁹. s. salomon ī
pace regnans edificaret ei templū: ꝓpter qđ ꝓ-
parauerat ei impensas in auro argēto & ere & fer-
ro nimis. admonens eū ad executōnem ei⁹: et de
dispositōne edificij ei⁹. Ordinauitq; cantores in
templo & pulsantes in organis & alijs musicis in-
strumētis sub asaph eman & yditū. diuidēs sacer
dotes a leuitis in. xxiiij. familias. e quibus vn⁹ q̄
erat prim⁹ in familia illa sorte eligebať ad mīstrā-
dū ī tēplo cū suis coadiutorib⁹ p ebdomadā suā.
Confortauit insup barones & principes tribuū vt
adiuuarēt salomonē in ope tēpli. & ordīauit de of
ficijs eoꝝ ī qb⁹ deficerēt salomō. Capi. ij.

De regno salomonis in quo inchoat tercius liber Regū. Et in primo ca. dicit q cū dauid ꝓpter senectutē nō posset calefieri vestibus: quesita est ei puella pulcerrima abysag sunamitis ẋgo q̄ dormiens cum rege calefaceret eū: qui tū nō cognouit eam. Et cum adonias filius dauid fecisset sibi curr⁹ z equites querens sibi accipe regnū. habēs secum ioab principē exercitus z abyathar sacerdotem: factoq; ꝓuiuio magno oīs fratres suos inuitauit excepto salomone. Qđ audiens Bersabee mater salomonis: fm ꝓsilium Nathan ꝓphete intrauit ad dauid: insinuās quō adonias accepisset sibi regnū eo ignorante. Dauid aūt iurauit ei q Salomon regnaret post eū. vnde mandauit seruis suis: q imponerent salomonē sup mulam suam. z sadoch z nathan inungerent eum regem. Qđ z factus est acclamante oī pl̄o. Viuat rex salomon. Adonias hoc audiens timens salomonem fugit ad templū: sed data sibi securitate ipse etiā accessit z adorauit salomonē vt regem. In ca. ij. habet q đ ad extrema vite deduct⁹ exortatus est salomonē ad obseruantiā legis z rememorauit ei mala que fecerat ioab et iniurias semei et beneficia berzellai. Ipsoq; mortuo adonias rogauit bersabee vt intercederet apud filiū suuz salomonem vt daret sibi abysag in vxorez. Qđ cū fecisset non exauduit eam. sed fecit illū occidere. et similiter ioab. Abyathar exilio tradidit. semei sub penam mortis p̄cepit ne egrederet hierusalē Et cuz post annos egressus fuisset ad recuperandos seruos fugientes. occisus est ab eo. In ca. iij. Ducta filia regis egypti in vxorem z in. xj. anno etatis sue fm hebreos habuit filiū ex ea. z ascēdit in gabaon vbi erat tabernaculū z altare eneū moysi. Sed non archa dei: immolatisq; ibi mille hostijs. dīs apparens ei in somnis: dixit ei vt peteret qđ vellet ab eo. Qui postulauit sapiam ad regendum populū suū. Dixitq; ei dīs q quia nō petierat diuicias gloriā vel mortem inimicoꝝ vl̄ longam vitam: sed sapiaz: exauditus erat. Et nichilominus daret sibi diuicias z gloriam sup omnes: si tamen legem seruaret. Primūq; iudicium in quo ostensa est sapia eius fuit de duab⁹ meretricibus habentib⁹ filios. quorꝝ vno a matre nocte oppresso: ꝓtendebant de supstite cui⁹ esset. Et data sententia p salomonem q diuideret i duas partes: rogauit mater vera q totus viuus daret potius alteri mulieri: z ex hoc iudicauit salomon esse illam veram matrem: sibiq; dari iussit. In ca. iiij. ponunt principes eius z gloria sua. Nam xij. p̄fectos habebat qui puidebant ei de annona singuli p singulos menses Describit latitudo dominij eius. Cibus q̄q; curie eius. vicz p singlos dies. xxx. chori simile. z. lx. chori farine: decem boues pingues. z. xx. pascuales. et centū arietes. excepta venatōne ceruoꝝ capreaꝝ z altiliū auium. Et habebat. xl. milia equoꝝ curriliū z decē milia equestrum. Precedebat q̄q; sapientia salomonis sapientiā omniū orientaliū z egyptioꝝ. z erat sapientior cunctis hominibus. Et disputauit de lignis a cedro libani vsq; ad ysopum. Et disseruit de iumentis volucrib⁹ reptilibus z piscib⁹: z locutus est tria milia pabulas z. v. milia carmina. habebatq; pacem in circuitu z oīs ꝓfluebant vndiq; ad audiendū sapiam eius. In cap. v. Salomon misit hyram ad regem Tyri et sydonis vt p suos faceret sibi ischadere ligna cedrina z abiegna de monte libani: vt de eis posset edificare domuz domini. qđ z factum est. Cepitq; edificare Salomon templū domini anno. iij. regni sui q̄ fuit. ccc clxx. egressionis israel de egypto. A natiuitate abrahe nongentesimusoctuagesimusquartus. ab initio ẋo seculi bis millesimus nongentesim⁹ tricesimustercius: z hoc fm ꝓputationē hebreorum z quorundā ex nostris. Nam fm ꝓputatōnez bede quam ꝓmuniter tenet ecclesia. excedit numer⁹ p̄fatum in mille. z. xxxvj. pficitq; opus templi in vij. annis cum dimidio: post qđ edificauit domū suam in. xiij. annis z domuz saltus. z de huiusmodi edificijs agit in ca. vj. z. vij. Cuius templi constructōnis breuis summa est fm Clin. hysto. li. iij Templū hoc fuit edificatū in hierusalem in monte Moria vbi abraham voluit filium immolare. z iacob vidit in somnis scalam de celo ad terram z in area ornam vbi dauid vidit angelū cessantē a pcussione pli gladio pestis. Fuit aūt edificatū de marmore candido qđ parium dicit z fenestre obliquate erant in parietib⁹ templi. i. abextra stricte z intus latificate que solēt dici balestriere. Et longitudo eius fuit lx cubitoꝝ: latitudo. xx. altitudo. cxx. Et cum hac. dispositōne. q a pauimento iuxta terram vsq; ad primū tabulatū erat altitudo: xxx. cubitorum. z a primo tabulato seu solario vsq; ad scōm erat altitudo. xxx. cubitorum z ab isto scōo solario vsq; terciū qđ erat tectuz templi erat altitudo sexaginta cubitorum. Habebat ergo duo solaria inter pauimentū z tectum z in quolibet solario z in tecto erat abextra in circuitu deambulatoriū. istud deambulatoriū dicit in euāgelio pinnaculū sup qđ xp̄c a dyabolo tēptatus fuit posit⁹. z tendebat vltra p. v. cubitos: Et erāt ibi cācelli añ: ne inde caderēt ābulātes. pars aūt infima seu pria māsio abintra erat tota coopta tabulis cedrinis vl̄ abiegenis. qb⁹ desup erāt affixe lamie auree cū clauis aureis etiā pauimentū. Et diuidebat i duas ptes. s. in sctā. ad quē locū primo erat ingressus i tēplū expte orient. xl. cubitoꝝ longitudis: z sctās sctōꝝ. xx. Eratq; in medio int sctā z sctās sctōꝝ paries fact⁹ tabulis cedrinis. z postea lamis aureis cooptus. alt⁹. xx. cubitis: añ quē velū apensum tenue pulcerrime intextū qđ scissum ē a sūmo vsq; deorsum tpe passionis. Intra sctās sctōꝝ erat archa dīi facta a moyse in medio int duo cherubin de oliuis sculpta z coopta auro q̄ recti erāt. z duas alas eoꝝ extendebant sup̄ ꝓpiciatoriū. qđ ꝓpiciatoriuz erat tanq; coopculū capse erectū sup eā cū est apta. sic se habent tabule altarū picte. duas alas extēdebant ita q ala vni⁹ cherub tangebat alā alteri⁹. et alia extremitate alaꝝ tangebāt parietē tēpli. z erāt lō

gitudinis.x:cubitoꝝ quilibet eoꝝ. In archa erāt tabule decalogi. Soluꝫ semel intrabat summꝰ sacerdos i āno i sctā sanctoꝝ i festo ppciatōis cum magna solēnitate ⁊ in vestibꝰ ornatissimis. vt ptꝫ ē. In sctā aūt circa velū intrabant sepe soli sacerdotes i certis sacrificijs ad accendēdas lucernas ⁊ ibi ex pte meridionali erat candelabꝝ aureū qđ fecerat moyses cū. vij. lucernis. ⁊ ex pte aq̄lonari mensa ppositōis panū aurea. In medio āt erat altare aureū factū a moyse: ꝑ addidit salomon. x. alia candelabra aurea eiusdē scemat. ꝑ maioꝝ q̄n titatis. v. ad dexterā: ⁊. v. ad sinistrā. Et sil'. x. mēsas aureas maiores alia. Et in medio hoꝝ altare thimiamat. factū de lapidibꝰ cooptum tabulis cedrinis ⁊ postea aureis: sup q̄ dabāt incensuꝫ thimiamatis. Et forte altare ꝓuū factū a moyse aureū erat i sanctasctōꝝ. q: ibi erat thuribulū aureū ſm aplm ad hebre. In parietibꝰ vo tēpli abintra erāt sculpture pulcerrime cherubin: ⁊ palmaruꝫ ⁊ alioꝝ pulcerrime. Sup tectū tēpli erat ꝑ gyꝝ nerua aurea i magnitudine hois vt videret alonge q̄si silua aurea. ⁊ i labio exteriori ꝑ circuitū erant vites aurce cū vuis ⁊ pāpinis aureis. ⁊ i illa summitate iuxta tectū cū ꝓsummaret templuꝫ posit fuit ille lapis reꝓbatꝰ ab edificantibꝰ. q̄ ꝓiungebat i angulis duos pietes: Quo aūt essent disposite ille due māsiones seu solaria q̄ erāt sup̄ ꝑmaꝫ descriptā mō: vel quid ibi ꝓtineret nō legit. ascēdebāt aūt ad dicta loca ꝑ scalas factas int pietes templi ad modū testudinis limache. Porte autē templi q̄ erāt de lignis abiegnis lamis aureis cooptе ⁊ sculpe cū cherub ⁊ palmis erāt ad orientē.

In facie templi erat porticus: q̄ i euāgelio dicitur vestibulū tēpli hūs colūnas ereas. inter quas erāt due mirabiliores ceteris i medio pulcerrie sculpture. vna dicebāt Jachim a dextris: et q̄ a sinistris booz. Erat aūt hec porticꝰ. xx. cubitoꝝ lōgitudinis. iuxta mēsuraꝫ latitudinis tēpli. x. latitudinis aū faciē tēpli. In ꝫ vestibulū seu porticum ascendebāt. ab atrio sacerdotū. xij. gradibus: ſm alios. vij. Post vestibulū edificauit salomō. xxx. domūculas quas q̄ sui copulatōne totū tēpli spaciū extrinsecus ambiebant. haꝝ singule hēbant. v. cubitos longitudis. ⁊. v. latitudinis. ⁊ i altitudine. xv. Ingressusq̄ eaꝝ ita disꝓsuit vt ex vna ingrederet ad alterā aliq̄ spacio interpositо. ⁊ supra eas edificate sunt alie: mēsura ⁊ nūero eq̄les: ita vt latera tēpli tria ꝑ circuitū tegerent domunculis illis vsq̄ ad ꝑmū tabulatū exteri reliqua ps tēpli supior videri poterat libere. Hec aūt domus fuerūt cubilia ⁊ cenacula ebdomadarioꝝ et gazopgilacia vasoꝝ ⁊ vestiū sacerdotaliū. Erāt aūt plura atria circa templū. ꝑmū erat atriū sacerdotium. ⁊ deꝫ ꝓio fit mentio in li. regū. Erat igit istud atriū platea ⁊ grādis ex oi pte circa tēplū diffusa ꝑ q̄drū. q̄ ꝑ foribus templi ad orientē plurimū extendebāt. q: ibi erat altare eneū vbi a sacerdotibus imolabant. i. incendebant aialia in sacrificiū. hoc altare erat longitudis. xx. cubitoꝝ ⁊ totidē latitudinis vñ ⁊ q̄drum. altitudis decez Eratq̄ vacuū desuꝑ craticulatū vñ infra descendebāt cinere q̄ euacuabant ꝑ ostiū qđ infra erat Et mare eneū ⁊ luteres. Circa vo laka tēpli duo. scz ad aquilonē ⁊ meridiē. nō erat ita lata illa platea ex pte occidētis ꝫ adhuc strictior. huiꝰ platee ex oi pte pauimentū vario marmore stratū ⁊ varijs imaginibꝰ figuratū. ꝫ aūt atriū cingebat murus breuis altitudinis triuꝫ cubitoꝝ. cooptus tabulis cedrinis ꝑ gyrū. vt ceteros a mīstris ab ingressu huiꝰ atrij ꝓhiberet. ⁊ ad hūc parietē appodiabāt se psallētes. ⁊ ꝓuersi ad ꝓplm sup hūc inclinati loq̄bant. hinc ambitꝰ muri ꝓpio noie vocabant gyon. Vnū solū introitū hēbat ad orientem ꝓ portā templi hūs apturā xxv. cubitoꝝ. Vsq̄ ad hūc introitū ascendebāt viri ⁊ mlieres deferētes oblātōnes suas. ad mīstros sibi occurrētes ⁊ ascendebāt ꝑ xiij gradꝰ intra istud atrium erat vt dictū ē. nō solū altare eneū longe maiꝰ quātitatis q̄ꝫ illō qđ moyses fecerat qđ quidez in aliq̄ pte atrij seruatū fuit. Erat ⁊ mare eneum ad modū caldarie. x. cubitoꝝ a labio vsq̄ ad aliū labiū ecōtra. rotūdum erat et ambitꝰ. xxx. cubitorum erat. Et posuit illud ad dextrā ptē tēpli sup xij. leūculos eneos. ⁊ ibi sacerdotes manus ⁊ pedes lauabāt mīstraturi. fecit etiā. x. luteres eneas i. conchas. v. ad dexterā ⁊. v. ad sinistrā vbi lauabant carnes aialiū q̄ ꝓburebant sup altare eneū ꝑtis exteriora aialiū lauabant in ꝓbatica piscina q̄ erat i irlm. Erat exinde ꝫb isto aliud atriū longe maiꝰ ex oi pte. qđ circuibat ex oi pte tēplū ꝓtinēs in se ꝑmū. ⁊ murꝰ ambiēs ipm erat in altitudine. xxv. cubitoꝝ. ⁊ ex pte occidētali templi nullā hēbat portā sed clausus erat totꝰ. Ex parte vo meridionali hēbat q̄tuoꝝ portas. ⁊ sil' ex parte aq̄lonari. ex pte aūt orietali. s. añ faciez templi erat i medio porta q̄ dicebāt spēosa. i angulis āt huiꝰ ptis due porte pue. ⁊ ex tribꝰ his ptibꝰ. s. aq̄lonis: meridiei ⁊ orietis: erant porticꝰ. vbi manebant hoies tpe pluuiarū. Nam aere sereno manebant sub diuo ad orandū. Solū aūt mūdis viris licebat manere in ꝫ atrio. Hoc atriū laycoꝝ i eua ge. dꝫ tēplū in q̄ xp̄c ꝓdicabat sepe. et ex pte orientali huiꝰ atrij manebāt nūmularij ⁊ vendētes aialia offerēda q̄s xp̄c dꝫ eiecisse de tēplo. i. ꝺ ꝫ atrio Erāt āt i porticibꝰ ⁊ circa portas hꝰ atrij diuise capse ꝓ oblatōibꝰ. Una dicebāt musach. vbi recipiebant oblatōes regū ⁊ alioꝝ etiā ꝑ festiuitatibꝰ Alia dicebāt corban vbi mittebant oblatōes sacerdotū ⁊ votiua. De q̄ dixerat de. xxx. argenteis nō lz eos mittē i corbana. Tercia q̄ dicebāt ꝓpiegazophilaciū. vbi mittebant oblatōes pauperuꝫ ⁊ q̄tidiane vl' ad vsus pauperū. In laterib' āt hꝰ atrij. s. australi ⁊ meridionali i pōticibꝰ erāt pastoforia. i. loca apta i q̄bꝰ ꝓmedebant a laicis mōis q̄ eis ꝓtigebāt de sacrificijs aialiū. In porticibꝰ etiam illis erāt tria gña sediliū. ꝓia dicebant cathedre. vbi sedebāt doctores i gimnasio. Scōa dicebant synedre. vbi auditores i ꝓsistorio. Tercia exedre. vbi assessores cū iudice ad aliq̄d tractādū secrete. ſm Ysiō. Sub ꝫ atrio erat aliꝰ seu tercium atriū i decliuiori pte mōtis. qđ etiaꝫ erat maiꝰ circuitꝰ: q̄ꝫ ꝓtinēt scōm. ꝑ nō erat tāte venustatis. ⁊

erat eiusdē ꝓpositōnis cū scō:ꝫ nō tanti ornat⁹. Ibi orabant et manebāt mulieres mūde tūn. Sō hoc erat t quartū atriū:cui⁹ murus ꝑ circuitū ab extra erat in radice collis huius. Et ascendebat cccc.cubitis vsqz ad verticē tūn collis vbi templū erat sitū. Et ita hic murus nō phibebat aspectuz templi nec eoꝝ.qui ministrabāt in atrio interiori hic orabant immūdi viri t mulieres t gentiles q̄ veniebāt ad adorandū in templo. Primū atriuz ponit in.iij.Regū.ca.vj.t.vij. Scōm ponit Josephus. Alia duo ponit Elin.in speculo histo. vt dictum est. Fecit q̄z fieri Salomon multa vasa in vsum templi.aliqua aurea:aliqua argentea:aliq̄ enea vel de auricalco. Dicit etiam in.iij.regū.vj. ca.q̄ in ꝙstructōne ipsius templi malleus t securis vel aliud ferramentū non sunt audita:ita prius oīa poliebant. Erant quoq; in tēplo multe sculpture cherub:t palmaꝝ ī pietib⁹ t in colūnis ereis t diuersis locis q̄ causa breuitatis omisse sūt.

¶De domo aūt quam sibi fecit t vxoꝝ filie pharaonis:t de domo saltus vbi tenebant in inferiori pte erant aromata t pigmenta ad vsus templi in pte superioꝝ seu solario erant arma nō solū ad pugnandū:sed etiam ad ostentatōez t ornatum. Nam t ibi habebant.cc.scuta aurea t.ccc. pelte auree vt rotelle.has portabant domicelli Salomonis aū eum equitando cū egrederet de domo in curru suo. Et circa hanc domū saltus in circuitu erat pulcerrimū viridarium. ¶Consummato aūt templo fecit deferri ꝑ leuitas archam dñi ī sācta sanctoꝝ vniuerso ꝓplo ꝙgregato cum maxima solennitate t innumeris victimis.faciens dedicationē templi septem dieb⁹ t impleuit nubes templum t ignis descendit de celo ad ꝙburendū holocausta q̄ nutriebat sacerdos:mane t sero imponens ligna.hic ignis extinct⁹ est. qū iason amisit summū sacerdotū: vt dicit .j.q.j. Sicut. Significabat templū istud ecclesiā sanctā ꝑ xp̄m regem pacificū edificatam:vt exponit rabanus ꝑ singula sup li.Regū. Salomon aūt orauit dñm vt exaudiret orantes in templo vel xp̄us templū si lōge essent,ꝑ diuersis necessitatib⁹ vl̄ bellox seu inimicoꝝ eos ꝓsequentiū vel pestis vel famis vl̄ sicitatis vel aliaꝝ tribulationū.si tū reuersi ad penitentiā recognoscerēt peccatū suuz: vt patet.iij. Regū.viij. Et in capitulo.ix.habet.q̄ dominus apparuit in somnis salomoni dicens se exauditū: si tū ambularet ipse t ꝓp̄s in p̄ceptis suis. Alioqn si declinarent ad deos alienos:exterminaret eos t templū nomini suo factū abiceret. Deditq; salomon hyram regi tyri,qui ꝑ suos multū laborauerat,ꝑ edificijs salomonis.xx.oꝛpida in terra galylee,ꝑ remuneratōne: oīs aūt gentes chanane oꝝ fecit sibi tributarias. De filijs israel neminem voluit seruire sibi:sed ꝓstituit eos milites ministros t duces suos. Adisit q̄z classem cum seruis hyraz regis tyri in ophir inde asportans multū aurum ¶In ca.x.dicit q̄ regina saba audita fama salomonis venit a finib⁹ terre audire sapiam eius. et de oīnibus q̄ interrogauit ei satisfecit. Videns ordinem domus t familie t audiens sapientiā:mul tum laudauit euz. Dederūtq; alter alteri magna munera. Fecit q̄z salomon thronū eburneum ad quem sex gradib⁹ ascendebat. Ponit etiaz quantitas redditū eius t magnificentia equitat⁹ei⁹. Oīnesq; vndiq; terraꝝ desiderabant videre faciem eius. ¶In ca.xj.scribit de lasciuia ei⁹ t punitione. Nam duxit vxores plurimas alienigenas ꝓtra mandatū dei.habuitq; septingentas vxoꝛes t ꝙcubinas trecentas quibus ardentissimo amore inhesit ita vt coleret deos eaꝝ ad ꝙplacendum eis: ꝓpter q̄ō iratus deus:suscitauit circa finē vite eius diuersa bella a finitimis. Jeroboam quoq; quē p̄fecerat sup tribū ioseph occurrens abbias ꝓpheta scisso pallio suo nouo in.xij.partes dedit sibi.x.dicēs dñm sibi dedisse r̄gnū.x.tribuū isrl̄ tribū iuda stirpi Dauid reseruasse. Qō audiens salomon quesiuit occidere eum:sed ille fugit ī egiptum. De salomone est varia opinio vtrū sit saluus.aliqui eū dicūt q̄ non:alij vt hiero.ambro. t crisost.q̄ sic:quia penitentiam egit de suis lasciuijs t peccatis aū mortē. vñ t hebrei libruz ei⁹ ecclesiasten intitulant de pnīa salomonis.

¶Capitulum.iij.

IN.xy.ca.habetur q̄ mortuo salomone q̄ regnauerat.xl. annis.t ex hoc apparet falsum esse qō dicit Josephus in li.antiquitatū. vicz q̄ regnauit.lxxx.annis t vixit.xciij.cum in li.Reg.iij.t in li.paliꝑ.iij. dicat q̄ regnauit.xl.annis.cū filius eius roboaz sumpsisset regnū:ꝓp̄s israel ad eum ꝙgregat⁹ rogauit vt minueret iugū patris.i.collectas q̄ post triduū spreto ꝓsilio senioꝝ qui fuerant cuz patre vt.s.benigne rñderet ꝓp̄o secutus ꝓsiliuz iuuenū in responsione fienda dure respondit. dicens magis aggrauaturū ꝓp̄m t ꝓpt̄ b̄ secutū ē scisma in isrl̄ t.x.trib⁹ q̄ postea appellate sūt isrl̄ fecerūt sibi regem ieroboā.trib⁹ iuda cū beniamin remānsit cum roboā.t cū paret se roboā cū exercitu suo bellare ꝛ isrl̄ dñs,phibuit ꝑ ꝓpham: Jeroboā āt regnās sup isrl̄ timēs ne ꝓp̄s isrl̄ vadēs ī irlm ad tēplum fm mādatū legi.recedēt a dñio ei⁹ et reūtere ad roboā fecit duos vitulos aureos. vnū ī dan aliū ī bersabee finib⁹ isrl̄ collocās. p̄cepit vt illos adorarēt ī deos. ¶In ca.xiij. veit qdā ꝓpha ꝺ iuda ī samariā:a deo missus q̄ cū reprehendēt regē ieroboam stantē ī altari ad imolādū ydolis p̄nūciās regē nascturū ex iuda noīe iosiā.q̄ ꝙbureret ossa sacerdotū ydolatrātiū sup illō altare.cū rex extēdisset manū innuens vt caperet ꝓpha ille: arefacta ē man⁹ ei⁹. t orāte ꝑ eo sanata ē man⁹. Et q̄ ꝓpha ille comedit ī illo loco ꝛ mādatū dñi sibi sup b̄ factū.iuxtat⁹ tū ab alio ꝓpha falso,ꝓphante ex parte dñi vt comedēt secū:ī via ꝑgens suffocat⁹ ē a leone ꝓpter inobiam p̄dictā. ¶In ca.xiij. Infirmato filio ieroboā. vxoꝛ ei⁹ t mr̄ pueri ī habitu simulato accessit ad abyam ꝓpham p̄ senectute nō videntē:ꝫ in spū cognuit eā manifestās q̄ eēt. t indicans ei mortē pueri:ac reprehendēs virū ei⁹ de idolatria. Roboā āt fili⁹ salomonis regnuit sup iudaz xvij.ānis t ydolatrauit cū ꝓp̄o suo,ꝓpter qō rex

egypti venit hierusalem ⁊ ꝑdatus est oēs the-
sauros templi ⁊ regie domus. Gz et bellū habu-
it semp cū ieroboam. In ca.xv.mortuo roboā
regnauit super iudam filius eius abya tribus an
nis.fecitq; malum in ꝓspectu domini cum popu-
lo suo. Mouit ꝓtra eum bellum ieroboam rex is-
rael habens in exercitu suo octoginta milia bella
torum ⁊ abyas.xl.milia. Et cum exercitus Jero
boam ex parte ante ⁊ post exinsidijs bellarent cō
tra abyam:ipso abya se domino ꝓmendante ⁊ fi-
duciam habente.exterruit dominus exercitum ie
roboam ⁊ cesa sunt.l.milia ex eis: vt habeť.ij. pa
ralip.xiij. Mortuo abyo regnauit filius eius asa
xlj.annis sup iudam qui abstulit effeminatos de
terra ⁊ ydola.⁊ matrē suam Maacha deposuit de
imperio vt nō eēt princeps in sacris ꝓapi. Mor
tuo autem ieroboam qui regnauit.xxij.annis su-
per israel.regnauit filius eius nadab duobus an
nis.quem interficiens baasa cuz oīi ꝓgenie sua
regnauit sup israel.xxiiij.annis. Asa autem re
gnante ⁊ bene �some legez domini se habente. egres
sus est ꝓtra eum zara ethyops cum exercitu suo.
decies centena milia ⁊ curribus trecētis. Jpō au-
tem Asa cuz exercitu suo obuians ei oīm inuoca
uit.qui exterruit ethyopes ⁊ versi sunt in fugam
vt habeť.ij.ꝓlipo.xiij.Azarias autem ꝓpheta
reuertenti a prelio cum victoria ase occurrit con-
fortans eum.,pphetans de tempe circa finē mun
di: vt habeť.ij.palip.xv.Anno autem.xxxvj.re-
gni asa baasa rex israel ascendit in moam ⁊ murs
querebat circūdare rama.vt ꝛncluderet iudaz ita
vt nullus posset illuc ingredi vel exire. ꝓpter qō
Asa territus:accepta magna quantitate auri ⁊ ar
genti de thesauris templi benadab regez syrie vo-
cauit in adiutorium suum ꝓtra baasa. Quo veni
ente ⁊ inuadente ciuitates israel.Baasa fuit com
pulsus omittere edificium inchoatum vt regi sy-
rie resisteret:⁊ interim de materia ibi ꝑparata edi
ficauit sibi Gabaa.maspha⁊ vt habetur.iij.Reg.
xiij. Ad quod additur.ij.ꝑlip.xvj.q; anani pro-
pheta ex pte domini reꝓhendit eum.q; habuisset
magis fiduciam in homine q̄z in domino. Asa au
tem iratus ex hoc posuit ,pphetam in neruū:infir
matusq; Asa dolore pedum vehementissimo per
annum ⁊ vltra;non quesiuit dominū in infirmita
te:sed magis ꝓsisus est in arte medicorū.mortuo
autem eo ⁊ cuz magna pompa sepulto: regnauit
iosaphat sup iudam filius eius. Mortuo autē
Baasa vt habetur.iij.Reguz.vj.regnauit filius
eius Hela in israel duobus annis. Quem temu-
lentum effectum occidit zamri dux partis exerci-
tus eius:⁊ omnē domum eius deleuit:hic autem
regnauit.vij.diebus. Cunq; euz obsideret ī ther-
sa Amri dux exercitus israel:ipse zamri cernens
expugnatōnem ꝛbis succendit se cū palatio suo
diuisusq; est populus israel in duas partes quaꝝ
vna sequebatur Thebin vt faceret eum regē alia
predictum Amri. Sed prevaluit pars que seque
batur Amri ⁊ factus est rex israhel: qui regnauit
xij.annis. Eoq; prauo mortuo regnauit filiꝰ eius
Achab anno.xxxviij.Regum.regis asa:⁊ regna
uit.xxij.annis.Uxor autem eius fuit iezabel filia
regis Sidoniorum pessima mulier dedita ydola
trie baal cum viro achab. Josaphat autez rex iu-
da.iij.anno regni sui misit sacerdotes ⁊ leuitas ꝑ
regnum iuda ad docendū populū legem domini
Omnesq; gentes in circuitu timebant eum ⁊ phi
listim ⁊ arabes.habebatq; in exercitibus suis vn
decim centena milia ⁊.lx.milia. Jn capit.xvij.
vsq; ad.xxiij.habetur de helya de quo nihil ī pa
ralipo.precedente helya tesbite q; non plueret is-
rael de mandato domini absconditus est in torrē
te charith.vbi corvus deferebat ei panē ⁊ carnes
mane ⁊ sero. Et deficiente aqua torrentis missus
est in sareptam sidoniorum ad mulierem viduaz
que pauit eum tempe famis.nec defecit ei pugil-
lus farine ⁊ parum olei:sed suffecit sibi ⁊ filioꝝ he
lye.quia primo pauit helyam de illo modico.
Egrotauit autem filius illius vidue ⁊ mortuꝰ est
sed helyas resuscitauit.⁊ dicitur hic fuisse ionas
,ppheta. Jn capitulo.xviij. Adittente Achab
rege israel abdyam ,pphetam dispensatorem do
mus sue ad querendū herbam ꝑ equis. occurrit
ei helyas qui dixit sibi q; indicaret hoc achab.hic
abdias pauit centum viros colentes deum;⁊ ab-
scondit a facie Jezabel cum interfici iussit ,pphe-
tas domini.veniente autem achab ad helyā ius-
sit vt congregaret omnes ,pphetas baal.cccclj.⁊
sacerdotes lucorum.cccc.⁊ omnē populum isra-
hel in mōte carmeli Quo facto:helyas dedit po-
pulo optōnem: vt si ,pphete baal facerent suis in
uocatōnibus ignem;de celo descendere ad ꝓbu-
rendum sacrificium.s.vnum bouem:baal popul⁹
adoraret. Si autem hoc non posset⁊ ipse hoc age
ret:deum suum adorarent. Cum autem sacerdo-
tes Baal diu.inuocantes cum nil facerent: hely-
as aūt breui ofone fecit ignē descendere q̄ ꝓbussit
sacrificiū:ex q̄ totus ꝓplus adorauit⁊ ꝓfessus;ē de:
um helye. Quo facto helyas occidit oīs illos ꝑ
phas baal ī torrēte cison. Fecitq; exinde ꝑ ofoez
suā magnā pluuiā supuenire p⁹tres ānos ⁊ dimi
diū q̄ tpe nō pluerat sup terrā ⁊ reuersus ē achab
domū helya ꝓcedente. Jn capi.xix.iezabel au-
dita occisione suoꝝ ,ppharꝝ misit nūciū ad helyā
ꝓminās ei mortē die sequēti. Qō timēs helyas ꝑ
rexit in desertū:⁊ obdormientē sb iunipero ange
lus excitauit hortās vt comedēt panē sbanericī-
um sibi missū a deo.ī cui⁹ fortitudīe ābulauit vsq;
ad mōtē dei oreb vbi hūit mirabilē visiōez.sibiq;
mādauit vt ide ,pficiscēs inūgēt helyseū ī ,ppharꝝ
,p se.qō ⁊ fecit inuētū eū cū.xij.oratorib⁹ q̄ secut⁹
ē eū Jn ca.xx.benadab rex sirie collecto exer-
citu suo.⁊.xxxij.regib⁹ eū adiuuātib⁹. venit ꝓtra
achab regē isrl'in pliū.⁊ dīs ꝑ ,ppham ꝑdixit vi-
ctoriā. Qō ⁊ factū ē illis fugatis. Jtez ifra annuz
restaurato exercitu venit rex sirie ꝫ isrl'bellū mo-
uēs in vallib⁹:dicētib⁹ q; dij montiū erāt dij isrl':
ideo victi pi⁹fuerāt. Gz debellat⁹est exercit⁹ sy-
rie occisis centum milibus de eis.⁊ decem ⁊ septē
milia qui remanserant fugientes in ciuitatē mu-
rus;ciuitatis ruens oꝑcssit eos. Benadab autē
rex sirie occultās se misit nūcios indutos cilicio⁊

cinere aſperſis capitibus petens miſericordiam. quod achab fecit eum dimittens liberuz. Quod ꝓpheta quidam redarguit in habitu ſimulato: et ſub ꝓbola dari alicui i cuſtodiā ſub pena mortis. ſic cōcluſit. q̄ qz dimiſerat benadab dignum morte: ipſe et populus ſuus iſrael eſſet ꝓ eo ſcilicet periturus. In capitulo. xxj. Naboth iſraelites cum haberet vineam ꝓpe domū regis achab: voluit ipſe achab z requiſiuit naboth vt venderet ſibi vineam ꝓ horto faciendo. qui cum noluiſſet ei acquieſcere. contriſtatum ſup hoc vxor ipſius achab iezabel hoc audiens conſolatus eſt eum. z procurauit ꝓ falſos teſtes ipm Nabboth accuſari de blaſphemia dei. quo facto ille innocēter lapidatus eſt. Et cum achab iuſſet ad capiendum vineam Naboth. dñs miſit ad eum helyaz qui prenunciaret ei exterminiū eius z domus ſue ꝓpter tale ſcelus. In capitulo. xxij. Achab humiliato exterius ex redargutione helye. dominꝰ dixit q̄ ſentētia differet. Joſaphat aūt rex iuda cum eſſet factus gener achab. pergens ad viſitandum eum in ſamaria acceſſit. Qui cum vellet ire ad recupandam ramoth galaath ſibi ablatam a rege ſyrie: requiſiuit ioſaphat ad eundum ſecum in prelium cui rei aſſenſit: admonens tamen eum Joſaphat vt prius conſuleret dominum ſuper hoc. Vocatis aūt. cccc. ꝓphetis baal cōſuluerūt q̄ iret et dominus traderet ei terram illam. Sed cum ioſaphat peteret conſilium haberi a prophetа domini. adductus eſt Micheas ꝓpheta vt ipe ſuper hoc reſponderet: et adiuratus vt diceret veritatē. prenūciauit ſibi ibi occidendū in bello: exprimens viſionem de modo deceptiōis eius per falſos ꝓphetas. Et ꝓpter hoc Micheas pcuſſus eſt in maxilla a ſedechia falſo ꝓpheta. et iuſſu regis miſſus in carcerem ad panem z aquam. Pergentibus aūt ad bellum ſimul rege iuda z achab rege iſrael ꝓtra ſyros: vulneratus eſt achab i bello et inde mortuus. Addit in. ij. paliꝑ. ca. xix. q̄ reuertente ioſaphat hieruſalem: Jehu ꝓpheta reprehendit eum de amicicia contracta z auxilio cum impio achab rege iſrael. ꝓpter quod meruit iraz domini: niſi opera eius bona pacaſſent dominum. Ponit etiam ibi magna diligentia eius: quam habuit ad dirigendum populum ad legez ſeruandam: ponens iudices p ciuitatem: admonens facere iuſticiam cunctis. Et in ca. xvij. dicitur q̄ mittebat ſacerdotes p ciuitates cū lege dei ad inſtruendum populum. ꝓpter que erat in magna veneratione et timore apud omnes. etiam finitimas nationes z in diuitijs z magna gloria.

In capitulo. xx. ij. Paralip. habet q̄ amonite et moabite et ſyri gentes innumere: venerunt ad pugnam contra ioſaphat. Qui indixit ieiunium populo z excitauit ad orandum deū. populo aūt congregato in hieruſalem ad orandū ipſo exortante ad confidendum in dei adiutorio: quidā ꝓpheta. ſ. iaziel ex pte dei predixit eis victoriaz cōtra inimicos. Unde confortati accedēs cōtra hoſtes canentes tubis et laudantes dñm dicentes. Confitemini domino zc. ipſi hoſtes contra ſeinuicem dimicantes ſeinuicem occiderunt. quibꝰ omnibus interfectis tribus diebus cōtinuis totꝰ populus occupatꝰ eſt ad detrahendū ſpolia laudantes deum.

In quarto libro .§.I.

Regum ꝑmo capitulo habetur q̄ mortuo achab regnauit ꝓ eo in iſrael filius eiꝰ ochozias. regnauitq̄ duobus annis: male ſe habēs ſicut pater eꝰ Infirmatus autem miſit ad conſulendum beelzebub ſi euaſurus erat de infirmitate. Quibꝰ eumtibus obuiauit helyas ꝓpheta dicēs eis ex parte dei q̄ reuerterent ad dominum ſuum. ſignificādo q̄ non ſanaretur ex eo q̄ miſiſſet ad conſulendum beelzebub et non deum verum. Quod cuz nunciaſſent deprehendens ex ſignis quibuſdā q̄ eſſet helias: miſit ꝓ eo vnū quinquagenariū cuz quinquaginta viris. Qui accedens ad eum vocandū conſumptus eſt cū ſuis ab igne de celo deſcendente ad preces helye. Abiſſo ſecundo quinquagenario cum ſuis idem eis euenit. Tercioꝰ miſſus cuz humiliter ſe ei recomendaret ne ei accideret quod alijs iuit angelo admonente cum eo ad regem: et intimauit illum moriturum. quod et factum eſt: et regnauit ꝓ eo frater eius ioram.

Hoc regnante. vt habetur capitulo. ij. cum helyas iter faceret cum diſcipulo ſuo heliſeo: venētes ad iordanis fluuium: percuſſis aq̄s pallio helie facta via per medium tranſierunt. Quo trāſacto dixit helyas heliſeo vt peteret qd̄ vellet antē q̄z tolleretur ab eo. Qui poſtulauit duplicem ſpiritum eius. id eſt i faciēdo mirabilia z ꝓphetādo Reſponditq̄ ei ſe hoc recepturum: ſi eū videret cum tolleret ab eo. Sermocinantibus aūt ſimul apparuit currus igneus cum equis igneis in quē helyas aſcēdēs aſſumptus eſt in celū. i. in padiſū terreſtrē vbi viuus ꝑmanet cum Enoch vſq̄ ad tempora antichriſti: ꝓtra quē deſcendet ad ꝓdicādum. Heliſeo aūt vidente z clamāte. pater mi zc. Acceptitq̄ palliū helie qd̄ ei ceciderat. et reuertēs ad iordanē tangendo ipo pallio ſcda vice aquas diuiſe ſunt. Veniens aūt ad habitādū i iericho ibiq̄ ad preces habitatoꝝ loci ſanauit aquas peſſimas illius loci miſſo in eis vaſe nouo fictili cuz ſale in eo. Et exinde cum aſcenderet bethel. deridentibus eum pueris z dicentibus. Aſcende calue: maledixit eos. pꝰ quod duo vrſi de ſalto egreſſi lacerauerunt. xlij. ex illis pueris. Joram aūt filius achab. vt habetur. iij. capitulo. cum regnaret cū rege iuda ioſaphat: et rege edom bellū mouit ꝓtra regē moab qz ceſſauerat a tributo ꝓſueto ei ſoluēdo. pgētibꝰ aūt cū exercitibꝰ ſuis deficiēte eis aq̄ acceſſerit ad heliſeū ꝓſulēdum. q̄ adducto ꝑſalterio corā eo cū caneret ꝓphauit dicēs eis q̄ foderēt in torrente ibi exīte z āq̄s inuenirēt: qd̄ z factū ē. Moabite āt pantes ſe ad pugnā cū ō mane vidiſſēt aq̄s rubeas vt ſāguis extimātes q̄ mutuo ꝫ ſe bellātes illi reges cū ſuis ſe occidiſſēt acceſſerit ad caſtra eoꝝ ꝑ ꝓda aſportanda. ꝫ q̄s pugnātes rex iſrl cū ſuis debellauerūt eos oīa vaſtā tes z capientes vſq̄ ad occiſionem ciuitatis mo-

ab. ¶ In ca.iiij.heliseus mulieri vidue se ei recō-
mendanti ꝓ debito viri sui:mandauit vt mutuo
acciperet vasa vacua in quibus infunderet modi
cum olei quod habebat. Quod cum fuisset per fi
lium:subito vasa implebantur miraculose. de cu
ius precio olei venditi soluit creditoribus debi-
tum de residuo viuens cum filio. Exinde mulieri
sunamite que cum magna deuotione ⁊ liberalita
te recipiebat in domū cum transiret ꝓ sunam. im
petrauitqꝫ ei sterili filium hoc prediceus. Qui na
tus post aliquod tēpus mortuus ē. Sed ad p̄ces
matris euntis ad eū ⁊ exponentis casum. accessit
ad domū eius eū resuscitans. Exinde coctas her
bas mixtas cum amara coloquintida. cū comede-
